

clementia eorum contra quos ea parabas. | (7) [*In tanta calamitate nulla indigna v*]ox tua est firmitate animi emissa. |

(8) [*ce*]rtis hominibus a Milone¹¹ quoinus domus emptione |
(9) exu[*l*] belli civilis occasiōnibus inrupturum | (10)
defe]ndisti domum nostram. |

(*Perierunt non pauca*).

. [*Iure Caesar dixit tibi acceptum esse referendum*] |
(11) me patriæ redditum á se, [*na*]m nisi parasses quod servar[*et, etiam Caesar*]
| (12) inániter opés suas pollice[*ret*]ur. ita non minus pietati tu[*ae quam cle-*
mentiae illius] | (13) me debeó. |

(14) Quid ego nunc interiora [*no*]stra et recondita consilia s[*ecreto*
pectoris] | (15) éruam? ut repentinis nu[*nti*]is ad praesentia et inminen[*tia*
vitanda excita]- (16) tus tuis consiliis cons[*er*]vatus sim? ut neque audaci[*a*
abripi me] | (17) temere passá¹² sis et mod[*es*]tiora cogitanti sída rece[*pta*
pararis] | (18) sociosque consilioru[*m t*]uorum ad me servandum d[*ederis*
sororem] | (19) tuam et virum eius C. Clu[*viu*]m, coniuncto¹² omnium per[*iculo*?
non finiam], | (20) sí attingere coner. sat [e]st mihi tibi-
que salutáriter m[*e latuisse*].

(21) Acerbissimum tamen in ví[*ta*] mihi accidisse tuá vice fatebo[*r,*
reddito iam non inutili] | (22) cíve patriae beneficio et i[*ud*]icio apsentis
Caesaris Augusti¹³, [*quom per te*] | (23) de restitutione mea M. L[*epi*]dus
conlega praesens interp[*ellaretur et ad eius*] | (24) pedés prostrata humi.
n[*on*] modo non adlevata, sed trá[*cta et servilem in*] | (25) modum rapsáta,
livóri[*bus c*]orporis repléta, firmissimo [*animo eum admone*]- (26) rés édicti
Caesaris cum g[*r*]atulatione restitutionis me[*ae, auditisque verbis eti*]- (27) am
contumeliosus et cr[*ud*]elibus exceptis vulneribus pa[*lam ea praeferres*], |
(28) ut auctor meórum peric[*ul*]orum nótesceret. quoi noc[*uit mox quod*
fecit]. |

(29) Quid hác virtute eficáciu[s]? praeberere Caesarí clementia[*e locum*
et cum cu]- (30) stodiá spiritús meí not[*a*]re inportúnam crudelitatem
[*egregia tua*] | (31) patientiá? |

(32) Sed quid plura? parcamu[s] órationi, quae debet et potest
e[*xire, ne viliter max*]- (33) ma opera tractando pa[*r*]um digne peragamus,
quom pr[*o documento*] | (34) meritórum tuorum oc[*ul*]is omnium praé-
feram titulum [*vitae servatae*]. |

(35) Pácátó orbe terrárum, res[*titu*]á te publicá¹⁴ quieta deinde n[*obis*
et felicia] | (36) tempora contigerunt. sue[*ru*]nt optati liberi, quos aliqua[*mdiu*
sors invi]- (37) derat. si fortúna procéd[*re e*]sset passa sollemnis inservie[*ns,*
quid útrique nó]- (38) strum defuit? procédens a[*et*]ás¹⁵ spem [f]iniebat.
quid agitav[*eris propter hoc quae*]- (39) que ingredi conata sis, f[*or*]sitan in
quibusdam fémis [conspicua et admirabi]- (40) lia, in te quidem minime
a[*dm*]iranda conlata virtútibu[s] tuis reliquis, iam eloquar]. |